



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 43. Finis schismatis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

bus reliquis officialibus illos in cubile Sæcul. XV.  
 hunc in finem jam antea paratum dedu- A. C. 1429.  
 xit; quod, ubi ingressi erant, fores occlu-  
 sæ, & satellitio munitæ, ac reliqua omnia  
 pro Electione Romani Pontificis consueta  
 fuere observata; Eligunt tres Cardinales,  
 totum, ut asseverabant, sacrum repræsen-  
 tantes Collegium, protinus Ottонem de  
 Columna, illumque sub nomine Martini V.  
 Papam proclaimant. Postea in Panisco-  
 lensi Ecclesia solemnes Deo gratias per-  
 solvunt, Doctore Ægidio Munione, & tri-  
 bus illis Cardinalibus supplicantium ag-  
 men claudentibus, quos ceteri omnes suis  
 adhuc officiis conspicui debito ordine se-  
 quebantur.

### §. XLIII.

#### *Finis schismatis.*

Postquam Legatus ea, quæ gesta suis Platin. in  
 sent, percepit, in oppidum D. Mat- Mart. V.  
 thæi tertio lapide a Paniscola dissitum se Marian.  
 contulit, quem Ægidius Munio cum om- l. 20. in fin.  
 nibus existimato ejus Papatui olim ad-  
 hærentibus accessit, ac pro se suisque  
 absolutionem ab omnibus censuris impe-  
 travit. Posthæc Legatus ambos etiam il-  
 los Cardinales, qui capti detinebantur, li-  
 beros dimisit, illi vero cum ceteris tribus  
 suis Collegis Munionem comitantibus,  
 aliisque pristinæ Benedicti XIII. ac Cle-  
 men-

Sæcul. XV. mentis VIII. Aulæ Ministris suas digni-  
 A.C.1429. tates, atque officia deposuerunt. Idem  
 quoque a quibusdam in oppido D. Mat-  
 hæi, ab aliis in arce Paniscolensi per ali-  
 quot dies usque ad vigesimam quartam  
 Augusti factum fuit, atque hac super re pu-  
 blicum confectionum est instrumentum. Ab  
 hac itaque die certa epocha magni hujus  
 schismatis tandem extincti ducenda est,  
 quod ab undecimo Septembris die Anni  
 millesimi trecentesimi septuagesimi octavi,  
 quo Clemens VIII. Fundis electus est, per  
 unum & quinquaginta fere annos crude-  
 lissime Ecclesiam dilaceravit. Alphon-  
 fus Borgias, postmodum sub Calixti III.  
 nomine Pontifex creatus, Legato ad  
 extinctionem hujus schismatis egre-  
 giam navavit operam; ut autem quadam  
 ratione Pontifex Munioni abdicatæ suæ  
 dignitatis memoriam oblitteraret, eum Ma-  
 joricensi Episcopatu decoravit.

## §. XLIV.

*Synodus Dertufana.*

*Labbe Conc.* *Cardinalis de Fuxo Legationis suæ ne-*  
*to. 12. p. 406.* *gotiis ex animi sententia compositis,*  
*Dertufæ, a qua Paniscola dependebat, Sy-*  
*nodum coegit. Advenerant cuncti Præ-*  
*lati, ac Clericorum præcipui ex Arra-*  
*goniæ & Valentiæ regnis, necnon ex Ca-*  
*talaniæ Principatu. Primo quidem*  
*non-*